

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8986

Auteur(s) : Henri II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1182, 27 mai

Lieu d'émission : Thaon

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Henry, évêque de Bayeux, par laquelle ce prélat confirme les donations faites à l'abbaye de Savigny dans l'étendue de son diocèse, dont suit le dénombrement.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Notice historique sur la baronnie et sur l'église de Than d'après les chartes de Savigny, Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie*, t. 12, 1840-1841, p. 115-116.

Texte d'après a

Henricus Dei gratia Baiocensis episcopus, fidelibus universis tam presentibus quam futuris salutem. Cum ad nostrum spectet officium ecclesiasticas personas per diocesim nostram protegere et eorum bona tueri eis quos de servitio videmus assidue mancipatos, tanto diligentius tutere debemus et protectionis opem prebere, quanto vigilantius eos laboribus et servitio divino noverimus insudare. Ex propter dilectis in domino filiis Abbati et monachis Savigneii omnia beneficia que eis in episcopatu Baiocensi a fidelibus collata sunt in perpetuam elemosinam quiete et integre habend. concedimus et confirmamus ; que propriis duximus exprimend. vocabulis. Ex dono Guillelmi de Sancto Claro et Hamonis fratris ejus, concessione Stephani comitis Moretonii et Ricardi Baiocensis episcopi sextam partem de Taon cum omnibus pertinentiis suis tam in secularibus quam in ecclesiasticis rebus ; et terram de Vilers cum molendino et molta tocius terre que fuit Richardi de Vilers, et cum aliis pertinentiis suis. Ecclesiam quoque ejusdem ville de Vilers, ex dono Richardi Baiocensis episcopi concessione predictorum fratrum. Ex dono predictorum fratrum terram de Melfa cum pertinentiis suis. Ex dono Gaufridi de Clintone et Gaufridi filii ejus molendinum de Brencia cum masura juxta molendinum et aliis pertinentiis suis. Ex dono Roberti filii Ernesii concedentibus fratribus ejus Hasculfo et Radulfo atque Philippo terram de Basemvilla cum pertinentiis suis, omnes que pelles arietum qui veniunt ad quoquinam ejus de redditu foreste ipsius de Cingat. Ex dono Roberti de Tostis concessione Richardi Baiocen. episcopi et capituli terram de Escures cum pertinentiis suis. Ex dono Guillelmi de Tanquervilla camerarii landam de Tor et communionem pasture cum pertinentiis suis in eadem villa. Ex dono Guillelmi de Rupetra et Rogeri et Goslini fratrum suorum, concedente Willelmo de Pontif terram de Guimont cum pertinentiis suis et froca que habebat cum Rogerio de Grata panza, et in maresceo suo annis singulis decem careas ad faciendum ignem et ad regendas domos de coopertura quantum opus fuerit, et pasturam in Marebes et camparta de bordariis quod habebat in eadem villa. Ex dono Rogerii filii ejus terram de Gornai cum pertinentiis suis. Ex dono Guillelmi Patrici in pceio medietariam de Haiis, et in Landisac medietariam de nuce et molendinum cum pertinentiis suis. Ex dono Richardi Baiocensis episcopi ecclesiam de Landisac ; concessione Guillelmi Patrici

cum decimis ejusdem ville et aliis pertinentiis suis. Ex dono Jordani Taisson terram de Veevis (sic) et..... de Villeio quietanciam de omnibus illis que ad se pertinent, necnon et omnes pelles arietum q. de foresta Cingalesii ad quoquinam ipsius adducuntur. Ex dono Roberti de Caligneio concessione Guillelmi filii sui masuram Gervasii de Caonia, cum omnibus pertinentiis suis et terram de Fontibus cum pertinentiis suis, et in molendino de Caligneio — decimam multe totius annone. Ex dono Rogeri Bacon concedente filio ejus Guillelmo, jus patronatus ecclesie de Plana-silva et quicquid habebat in terra Herberti. Ex dono Sce Marie de Lernaut terram Radulfi de Rovencestria. Ex dono Alani de Estarevilla concessione Richardi Baiocensis episcopi decimam proprie carruce. Ex dono Rogeri de Rodolio molendinum de Ver, cum omnibus pertinentiis suis, liberum omnino et quietum excepta molta domus sue de Croleio. Ex dono Richardi de Sancto Fromundo et Willelmi filii sui, concedente Engelgerio de Bohun in parrochia Sti. Clari, masuram unam que vocatur masura Ernaudi, liberam omnino et quietam. Ex dono Guillelmi de Rampen et Rogerii filii ejus, concedente Philippo de Columberii et Henrico filio suo terram de Gaschières liberam et quietam. Ex dono Guillelmi de Mannevilla apud sanctum Georgium dimidiam acram terre in masura, et pratum Hamelli. Ex dono Gaufridi de Ve..... concedente Ricardo de Humet. et Guillelmo filio ejus duos campos terre quorum unus situ est inter terram de super gardenum et terram de Macerariis, alter vero est eidem ex una parte contiguus. Ex dono Rogeri Bacon na silva, Osbern de Monte-Teoldi et timentum ejus de X. quartariis frumenti et Robertum Delperer et tenementum ejus de XI. quarteriis avene et in tenemento Stephano Ridel V. boissellis frumenti. Hac..... pe aliqu' inspirante Deo abbatiam de Savigneio in predicta terra facere voluerit ad eandem abbatiam, superius memorata, pertinebant. Ex dono Guillelmi Lignebarbe et filiorum ejus Herberti, Serloni, atque..... et Fulcheri fratris ejus, concedentibus Guillelmo Patricio et Alexandro de Bohun molendinum de Noers. Ex dono Rualdi filii Roberti Rualdi et Herberti patris sui..... align' dominium de Brollio et subtus domum Rainoldi de Alto Brollio quatuor acras terr#. Ex dono Guillelmi et Rogeri et Radulfi filiorum Gaufridi de Mercato tres acras terr# ante domum Vitalis de Tor. Ex dono Roberti filii Zacharie de Burceio et Willelmi fratris ejusdem Roberti quandam partem terr# su# in monte de Escures liberam et quietam. Ex dono Henrici Regis totum feodum quod tenuit Robertus de Fontans, apud Taun, et in masnillio Richardi. Ex dono Hamonis Boteller dimidiam acram terre de dominico suo apud Aneiriis de super Burum. Ex dono Symonis comitis Ebroicarum apud Garavillam domum..... masuram et salinam libera et quieta. Ex dono Rualdi filii Roberti Rualdi concedente Herberto avunculo suo, concedentibus etiam Guillelmo de Caligneio, et Engerranno Patric et Roberto Patric totam terram..... de Landisiaco cum pertinentiis suis et medietariam de Bulleio et in Condeio, masuram Johannis de Atis, et in Boceleio, pratum de Gaane, et dominium Marie, et dominium de Belissent. Ex dono Radulfi Lupi et Rainoldi filii ejus concedentibus filiabus ejusdem Radulfi, Maria et Hylaria et earum maritus Helie et Bartholomeo duas acras terre, unam ad mosleriam et alteram ad fossam et tres virgatas apud runcereium et quinque virgatas ad Vend..... et duas masuras unam apud Taon et alteram apud Babanville q. omnia dictus Radulfus et Rainoldus filius ejus de monachi tenebant. Ex dono Helie et Bartholomei generorum sepedicti Radulfi Lupi..... sextarios frumenti reddendos annuatim mense septembri ab uno quoque sextarium unum. Ex dono Ranulfi Verney et mabilie uxoris ejus, concedente Philippo filio suo et omnibus lib..... decime quas clamabant in terra de Taon, in feodo Roberti de Fontaines, similiter et decimam de XII acris dominie sui. Hec autem omnia eis confirmamus sicut eis rationabiliter..... carte donatorum testantur ; salvo per omnia jure Baiocensis ecclesie et episcopi ; salvo etiam tenemento decani Baiocen apud Taon, sicut tenuit q cartam istam..... anno verbi incarnati M°. C°. LXXX°II °. vj kal. Junii. Testibus Guillelmo decano Baiocen, Jordano, Roberto archidiaconis, Nicholao priore Plaussicii, Henrico de Singueh, Magistro Radulfo Neiret, Rogero Bouet, Ricardo Conun, Gaufrido de Burgo-Achardi, Petro de Bosco Canonicis.